

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 10011

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2375

C O D I C E S

2376

Peccatorum distinctione Sermo est, legatur: *Incipit novus tractatus, et ad calcem: Istum ultimum tractatulum scilicet de distinctione peccati mortalis et venialis composuit vir Sapientissimus magister Matheus de Cracouia sacre page eximius professor ac Artium valentissimus doctor, totum tamen Opusculum ad Eundem pertinere videtur. Non tamen illud est, quod ei Cod. XC. perperam tribuitur, sed incipit: Quilibet peccator uolens confiteri antequam ad Sacerdotem vadat &c. et finit: ad alia impertinentia quod esset mortale. Nemo, quod sciā, eorum, qui Matthaei nostri Scripta enumerant, ejus meminit. De illo dictum ad Codd. varios, ut Index manifestat.*

*Balneator sine sudore
Molitor sine furto et pudore
Histrio equorum sine mendacio
Picardus sine bombisacio
Lusor sine periurio.*

DCXXII.

819 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 22. 8. dicatus honoribus Octaviani II. Fuggeri L. B. in Kirchberg et Weissenborn continet Rhythmos pios, qui inscribuntur: *Ein schöne vnd tröst-*

*IV. fol. 166. p. 2. Hic docetur qualiter placitandum sit in iudicio spirituali et hoc secundum iura canonica. Libellus constans Capp. XII. incipit: Quoniam in tractando iudicio magna est necessaria circumspetio &c. agitque de Personis in Judicio intervenientibus, de Judicii processu, Citationibus &c. ultima sunt de Petitione scribenda, quae finiunt: Acta sunt hec coram istis. et cetera. Subjecit festivus Librarius: Explicit explicat ludere scriptor eat. Ita et alia Spatia vacua membranae variis Notulis conspersa sunt, interque eas latine et teutonicae *Quinque Mira-
bilia:**

liche Betrachtung dess todes. Ein schön Gebett. Ein kurtze Erinnerung von dem Jüngsten tage. Ain schöner cbriſtenlicher Spruch, adjecta exhortatione proſaica. Poetam infimi subsellii vel hic ingressus prodit:

*Der todt hältet gar vöft sein recht,
Er zuckt den könig Alſ den knecht,
Wir ſind alle in ſeinem gewalt,
Er Nimpt ungefährlich Jung vnd Alt, &c.*

DCXXIII.